

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

Quintilianus, Marcus Fabius

Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665

XLVI. Adulter uxoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12889

Indemnatus raptoris filius.

LEX RAPTORUM INDEMNATOS LIBEROS LICEAT OCCIDERE. Quidam rapuit & fugit de raptu puella concepit & peperit. Reverso raptore, puella mortem raptoris optavit. Filium ille indemnatum vult occidere: raptus contradicit.

PRO RAPTORE.

Nisi forte moleste tulit, quod & non hunc ipsa damnavit. ¹ jam cum illo meo errore, vel facto, voluntaria profectione transegerim. Hic me, judices, hic puer prodidit. Si perseverat in mea poena, hunc mater occidet. Dicere me raptorem nemo debebat post intervallum, post exilium, post reum filium. Non est, inquit, filius tuus. Nuptiis enim solennibus non est natus. Civis ergo, nisi faces accenderit, & fescennina cecinerit, pater esse non poterit. Perquam es inhumana: non vis esse patrem, qui te fecerit matrem?

XLV.

Vir fortis & orator.

Vir fortis & orator consulatum perebant.

PRO ORATORE.

² **Q**UAM plus ad vestra judicia cujusque, judices, proficiunt merita privata quam publica? Postremo quod maxime voluntatem plebis offendit, rogare non nosti: orare & exorare nostrum est, qui hinc etiam nomen accepimus.

XLVI.

Adulter uxoris.

Ex duobus filiis alteri uxorem dedit, alter incidit in adversam valetudinem. medici dixerunt animi esse languorem. Querenti patri, fratris uxorem se amare confessus est. Petit pater à filio, ut matrimonio cederet. impetravit. ³ inventos in adulterio postea, fratrem & uxorem secundus maritus occidit. abdicatur à patre.

CONTRA FILIUM.

SERO me, sanctissimi judices, abdicare patet. Jus enim ad hoc credit, ut excusare compellar, non quod extre-

ma

¹ Jam cum illo errore vel facto.] Lego, dubie, *Quanto plus.* Gronov.
jam cum illo meo errore vel fato, &c. Idem. ³ Inventus in adulterio.] Lego, *inventos*

² Quam plus ad vestra judicia.] Haud in adulterio postea fratrem & sororem. Pith.

ma non tulerim, sed quod illa priora toleraverim. Qui capit is poenas à suo fratre pro uxore dilecta petit, quid ipse meruerit, ostendit. Crimen superius huic imputare non possum: nam frater ignovit. Quantum tibi nuptiarum cessione præstiterit, adulterio probaverunt. tibi liberas & perpetes noctes, sibi furtiva commercia, & amorum pericula reliquerunt. ignosce amantibus, si vere amasti.

XLVII.

Infamis in nurum.

ADULTERUM CUM ADULTERA LICEAT OCCIDERE. REUS CÆDIS ADVOCATUM, QUEM VOLET, ELIGAT. Erat infamis in nurum, invenit adolescentis incertum quem adulterum, capite velato, uxorem solam peremis: fit reus cædis: Advocatum patrem postulat: contradicit.

P R O F I L I O.

Accusator objicit, quod adultero pepercimus: pater dolet quod nurum ejus occiderim. Adulteri occidi maluit, quam videri. Habet adulteri poenam suam: cruciatur conscientia, pudore torquetur. Et si interim tectus evasit, inveniet illum postremo vel fama,

XLVIII.

Pauper imperator imperium recusat.

Pauper & dives inimici. belli tempore, dives est creatus imperator. qui cum bis fugatus esset, pauper legem tulit, ut qui ter fugatus esset, in crucem tolleretur. Tertio dives fugatus est, & in crucem latus. Filius divitis fert rogationem, ut imperium transferatur ad pauperem: pauper contradicit.

C O N T R A P A U P E R E M.

HAbes, pauper, grande solarium: reliquisti superstitem legem. Procede legumlator ad bellum. Muta stylum gladio, lorica togam. Jam fortunæ satisfecimus, & hostes, vel dum vincimur, fatigavimus. In victoriam pene succidis alienam.

XLIX.